Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Privatrechtliche Urkunden und Rathslisten von 1332 bis 1400

Witte, Hans

Straßburg, 1900

1356 - 1357

urn:nbn:de:bsz:31-326773

Visual Library

juxta dictum Clornhenselin, de quibus liberis quondam Erbonis dicti Spörlin civis Arg. dominis directis 7 sol. et 6 den. Arg. census nomine dantur annuatim; consenciente Johanne rectore ecclesie in Bischoviswilre filio prescripti quondam Erbonis suo et magistri Johannis et Anne conterinorum nomine et se laudimium recepisse recognoscente. de eisdem domo, area et orto dantur annuatim 4 cappones Nicolao dicto Clobelöch militi Arg.; item agri in banno Kúnigeshoven et unum duale cum arboribus ussewendig bi dem wissen turne und stosset andersite uf den burggraben, qui empti fuerant a domicella Greda filia quondam Wilhelmi dicti Danez junioris in Hagenôwe residentis. actum quoad conjuges 12 kal. jan. a. d. 1356, quoad Johannem rectorem 4 kal. marc. a. d. 1358.
Str. Bez. A. H 3120. *or. mb. c. sig. pend.* ***December 21 und 1358 Februar 26.***

819. C. j. c. A. Wôlvelinus prebendarius ecclesie s. Thome Arg. procurator officii porte nomine decani et capituli locavit Hugoni dicto Spanner canonico dicte ecclesie quamdiu vixerit domum, curiam et aream sitas in c. A. in Vitellins gasze juxta Nicolaum de Westhus militem Arg. dictas zû dem Kamerer — pro annuo censu 6 lib. den. Arg. actum 9 kal. jan. a. d. 1356. hujus instrumenti sunt 2. ***December 24.*** *Leihzucht.*
Str. Thom. A. Registrande A fol. 198b. *cop. ch. coaev.*

820. C. j. c. A. Adelheidis nata quondam Hugonis dicti Zorn militis Arg. relicta quondam Heinrici dicti Swarber militis Arg. donacione inter vivos donavit procuratori fratrum minorum domus Arg. redditus 15 sol. den. Arg. de redditibus 2 lib., quos se habere dicebat super domo et area sitis in c. A. ginsite Brúsche juxta domum dictam zû dem Zoller e. u. e. e. p. a. juxta domum Waltheri dicti Snewelin. quod quandocunque ipsa Adelheidis in vita sua et nullus alter heredum ipsius post ejus mortem procuratori occasione luicionis reddituum 15 sol. prescriptorum 15 lib. convertendas in alia bona seu redditus apud procuratorem pro suo anniversario remansuros obtulerint, quod tunc ipsi redditus 15 sol. redeant pleno jure ad Adelheidim. A. 1. (in judicem.) hiis peractis judex locavit nomine procuratoris Adelheidi ad vitam suam prescriptos redditus pro annuo censu 4 den. Arg. actum 2 kal. jan. a. d. 1356. ***December 31.*** *Seelgerätstiftung.*
Str. Thom. A. II Renouvellements lad. 22. *or. mb. c. sig. pend. mut.*

821. Greda et Dina filie quondam Petri dicti Swarber civis Arg. moniales s. Agnetis debent uti redditibus 2 lib. ad tempus vite et post obitum ipsarum cedunt fabrice. actum a. 56. ***1356.*** *Niessnutz.*
Str. Frauenh. A. Donationsb. 2 fol. 73a. *Notiz.*

822. C. j. c. A. Johannes dictus Rummolt cerdo Arg. et Greda ejus uxor ob favorem erga Dinam eorum filiam et Henselinum dictum Mûyge de Andelahe maritum dicte Dine eisdem donacione inter vivos donaverunt domum, curiam et aream in c. A. sitas an der Obern strasze juxta domum dictam zû dem alten wahter e. u. e. e. p. a. juxta Nicolaum Oleyman, de quibus cedunt census nomine 2 lib. et 8 unc. den. Arg. annis singulis decano et capitulo ecclesie s. Petri Arg. dominis directis, quem censum donatores una cum donatariis se soluturos promiserunt. A. 1. ad hec dominus Johannes de Ôwenheim portarius s. Petri adhibuit consensum Er. 1. actum 3 non. jan. a. d. 1357. hujus instrumenti sunt 2. ***Januar 3.*** *Schenkung.*
Str. Frauenh. A. lad. 49 nr. 184. *or. mb. c. sig. pend. del.*